e-codices

Si tamen unum praedicti
versiculi opere volu
mus adimplere; ut
ita primos matutina
rum cogitationum
ortus sollers vigilan
tia tueatur. nequid
ex eis festina praesump
tio lividis adtaminet
inimici. nostrasque pri
mitias. tamquam
vilissimas atque com
munes. a domino faciat
reprobari; qui si prae
ventus a nobis pervigili
mentis circumspecta
tione non fuerit. anti
cipationis nequissi
mam consuetudinem
non deponens. cottidi
e nos fructibus suis prae
venire non desinet;
et idcirco. si placitas
et acceptabiles domino pri
mitias ex fructibus
mentis nostrae optamus
offerre. non mediocrem
sollicitudinem debemus
impendere. ut omnes nostri
corporis sensus. matu
tinis praecipue horis.
tamquam sacrosancta domini
holocausta. in omnibus
inlibata atque intacta
servemus; quod devo
tionis genus. multi
etiam saecularium summa
cautione custodiunt.
qui ante lucem vel de
luculo consurgentes
Nequaquam familiaribus
ac necessariis mun
di huius actibus impli
cantur. priusquam
cunctorum actuum
suorum operationum
que primitias ad eccle
siam concurrentes.
divino studeant sa
crare conspectui.

Porro quod xxvi
dicitis diverso mo
re id est sex vel septem
ebdomadibus per nonnul
las provincias quadra
gensimam celebrari

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. 71 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/de/csg/0575/71)